

Ulysses
Hercules
Aeneas
Theseus
Pirithous

Faucibus effractis. Canis hic mihi fidus hiatum
Hespericum, qui hęc ad pomposa sedilia ducit
Peruigil observabat, Atros ne forte penates
Irruerent viui, ut quondam facundus Ulysses
Et ferus Alcides, nec non et Troius Heros
Aeneas. Theseusque ferox cum Compare fido.
Qui quondam spretis tenebrarum legibus, atras
Aggressi sedes obscurum adiere barathrum.
Verum hi iam merito plectuntur morte perenni,
Funereasq; gerunt sã nunc sine fine Catenas.
Credere Quis posset, mortales q; modo vitam
In terris degunt, scelerata hęc crimina tandem
Ausuros? ignosco equidẽ q; prisca superbum
Atas illa animum et tantos conceperit ausus.
Signa. manu fortis. Bellog; pnuicta. sed heu heu
jam pudet humanę post tot modo secula genti.
Et nunc semiuiri nostros simul agmine facto
Inuadent Comites et sontica claustra recludent?
Quos ego. Sed nolo. Dabit tamen ultio tandẽ.
Nunc age. Tisiphonẽ quisq; ternasq; sorores,
Quę vitas hominum fuis volentibus almas
Dispensant, vocet. Hippocratem medicamina sana
Qui ferat. Acersat. fatur. mox vnus eorum

Con

Conglomerat gressum pernix **Titivillus** iniquum **Titivillus**
Dictaq; festinus perfert Mandata Tyranni
Ad iussos manes. parent mox protinus illi
Imperio Ditis. plenumq; horrore tribunal
Adpauidi pergunt. Fatur tunc talia princeps
Mortigerus. vos o nostri pars maxima regni
Proh Scelus infandum: nondum peruenit ad Aures
o vestras Comites? Nostro custode perẽpto
Nunc Acherõtiacas tandem penetrare sub vndas
Conantur superę vilissima nomina gentes.
Janua nostra patet. Scelus hoc ignobile vulgus
Hesperium commisit ouans. nil sceptrā verent.
Mortipara. An superest aliud q; vt sedibus istis
Detrudant manes. silua et Dominent Auerna.
Ast mihi nunc paucis quę sit sententia Dicam.
Vos o vitigerę. Quę fila perennia fuis
Voluitis, et vitas hominum mortesq; tenetis
Hoc agite. hanc Animã Consumpta in corpora rursus
informate. suos liceat properanter in Artus
Intrudi. et veteres cæli consorbeat auras.
Non infecta peto. Sed quę iam sepe dedistis
Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus
Thessalicog; pueni Licuit si visere nuptã

Orpheus
Euridice

Protefilaus
Laodomea

Post fata, et superum rursum hinc ascendit in orbem.

Communis Nempe hęc causa est. nam fœdera nostri
Orbis jam pereunt. homines nos agmine facto
Inuadent proprio pellentes Cardine vobis

Quam timeo cunctis, pallantes dissipet orcus.

Hęc via visa mihi potior. Quam occurrere tantis

Posse malis liceat. Furiarum o maxima vade.

Tisiphone, et celeres defer mandata p̄ auras.

Truncatum in corpus fac rursum hęc umbra remigret.

Tabososque artus Animę spiramine comple.

Quo possit, velut ante, fores seruare p̄ves

Peruigil. et viuos Latratu absterreat. atq̄

Lędatur nulli. Sed Quo sua vulnera sanet,

Hippocrates

Fer tecum Hippocratem nostrum Qui tabida membra
et Laceros artus spargat medicamine. Dixit.

Tetra Scythiacos frenans mox turba furores

Lachesis

Insufflant. Lachesis fatur tunc una soror.

Sceptryger Umbriuagi moderator maxime regni

Dura Jubes. supra leges fatumq̄ supernum.

Hactenus haud vnq̄ manes in secula, vitam

Perpetuam acturę migrarunt. Numina nostra

Fortasse id peragent. Verum contraria Cerno

Fata. Quibus nunq̄ fas est obsistere diuos.

Tunc

Tunc **Titiullus** ait spumanti feruidus ira

Bis-proh. io ah. vz. hu. nil cernimus inq̄

Ante velutq̄ iterum jam iam qđ sepius olim

Agistis. nunc Letifragas vos Nerviter vlnas

Tollite. Tartareo puet indulgere Tyranno.

Rumpite p̄q̄ moras. vos ite hinc ocys Euro.

Sic ait infrendens et bili concitus atra.

Continuo tumidis rabiens colla colubris:

Tisiphone imperium tenebrarum principis implet.

Oreę vipereum spargens p̄fecta venenum,

Cuolat ad terras feruenti corde supernas.

Luctificasque mouens furiali crine cathenas:

Mæsta venenato promiscet Sydera flatu.

Gorgoneę facies tetro de pectore nigrum

virus agunt, tumido miscentes verberare cuncta.

Dat sonitum tellus. flatu grauis intonat Ather

Hanc simul aspiciens toruo proserpina vultu Proserpina

vidit et indoluit. tacito quoq̄ pectore voluit

ingentes iras et noxia multa precatur.

Musa mihi Causas memora. Cur regia coniūx

Lętata est antri vasto Custode perempto.

O dea si repetens gratos ab origine amores

incipiam, Longo nunq̄ sermone quiescam.

Exclamantis
et dolentis.

Digressio

